

25

DEUS BENEDICAT!
SPECIMEN ACADEMICUM,
PHILOSOPHIAM
THEORETICAM
IN
PRACTICAM
INFLUENTEM

SISTENS,

Ejusque

PARTEM PRIOREM,

Annente Amplissima Facultate Philosoph.
in Illustri Lyceo Aboënsi,

Sub MODERAMINE

MAXIME REVER. atque CELEBERRIMI VIRI,

**Dn. MAG. CAROLI
MESTERTON,**

Log. & Metaph. PROFESS. Reg. & Ord.

Publice censuræ & ventilationi submittere conatur

DANIEL AND. BACKMAN,

ALANDUS.

In Auditorio Maximo Die IV. Aprilis, MDCCLII.

Horis ante meridiem consuetis.

ABOÆ, impensis DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB. MERCKELL.

VIRO Amplissimo atque Celeberrimo,
**DN. HENRICO
HASSEL,**

Eloquentiae PROFESSORI Regio & Ordinario,
h. t. RECTORI MAGNIFICO.

MAECENATI MAXIMO.

Diam mihi occasionem, Tuum Celeberrime Vir Nomen suspiciendi impense letor, cuius favor, uti in me exstitit nullo non tempore incomparabilis, ita quoque indefessè a me decantatur & posthac decantabitur semper. Bonitas autem atque Benignitas Tua Summa, nec non cura illa magis quam paterna, que Tibi de meis in literis progressibus esse passus fuisti Amplissime Vir, majoribus pluribusque sese prodidit documentis, quam mea valet depradicare Musa. Ignoscas itaque se easdem reticeam, & nunc tantum in devoti gratiague amitt tesseram humillima mente manugue, qualecunque Specimen hoccum Academicum Tibi adscribam. Respicias modo Mæcenas Maxime! humillime obsecro, incomptam hancce opellam, qua soles fronte serena.

In ceterum ex intimis cordis recessibus vorveo, ut Summam Numen Te Mæcenatem Maximum incolumem conservet in Nestoris annos. Sic Familia Tua Nobilissima emolumentum Maximum, Academia decus & ornamentum, clientes patrociniū sibi gratulari possunt exoptatissimum.

Amplissimi atque Celeberrimi Nominis TUI

cultor humillimus,
DANIEL. AND. BACKMAN.

Kongl. Maj:ts TRO-TIENARE
Och COMMENDEUR CAPITAIN,
Samt RIDDARE af Kongl. Maj:ts Swärds-Orden,
Wälborne Herr

NILS ÅMAN,

Höggunstige Gynnare.

HEIA WÄRT FÄDERNES LAND WÖRDAR I EDER PERSON WÄLBORNE HERRE! EN HJELTE, SOM SKÄRPSINNIG I RÅD OCH OFÖRTRUTEN I UTFÖRANDE UPFOFRAT HELE SIN LEFNAD TIL SWERIGES TROGNA TIENSTER. MEN ÅLAND ÄR DOCK I SYNNERHET TIL MÅNGFALL WÖRDNADE FÖRBUNDE. MINE LANDSMÄN MED MIG HAFWA, FÖRUTAN THEN LYCKAN AT RÄKNA WÄLBORNE HERRE COM. CAPIT. OCH RIDD. FÖR WÄRT LANDS HEDER OCH PRYDNAD, ORSAK AT HÄLLA HONOM FÖR THEN SOM BANADT WÄGEN TIL WÄRT LANDS FALLHET. SÅ HAFWA WÄLBORNE HERRE COM. CAPITAINENS OCH RIDDAREN S EGNNA EHURUWÄL ENSKILTA DOCK MYCKET FÖRSIGTIGA GIORDA INRÄTTNINGÄR, LÖCKADT EN NOG WIDSKEPPELIG ALLMÖGA IFRÅN SIN GAMLA WANÄ, SOM TIL WÄRT HUSHÄLLNINGS FÖRBÄTTRINGS STÖRSTA FÖRHINDER WUNNIT FÖR STORT BURSKAP I SWERIGE, TIL ET HUSHÄLLANDE, SOM ÄR PASSADT EFTER THENNA BERGFULLA ÖENS NATUR.

HWEM ÄR DÄ ÅLAND MERA ÄN EDER WÄLBORNE HERRE FÖRBUNDIT? ELLER TIL HWILCKENS WÖRDANDE KUNNA WI FINNAS WILLIGARE? WI BRINNA AF HOG AT UPTÄCKA WÄR WÖRDNADE. WI TÄFLÖMS MED HWARANNAN AT KUNDGIÖRA WÄLBORNE HERRE COM. CAPITAINENS OCH RIDDAREN S HÖGA FÖRTIENSTER, OCH INGEN ÄR, SOM ICKE WILL WISA SIN DEMÖDIGHET.

ETT SÅ WÖRDNADESFULT NIT HAR DRISWIT MIG AT MED THETTA MITT RINGA ARBETES ÖDMIUKA UPFOFRAN YTTRA MIN WÖRDNADE FÖR WÄLBORNE HERRE COM. CAPITAINENS OCH RIDDAREN, MED HWILCKEN JAG OUPHÖRLIGT TIL MIN GRAF FRAMHÄRDAR.

Wälborne Herr COMMEND. CAPITAINENS och RIDDAREN S

Min Höggunstige Gynnare,

ödmukaste tjenare,

DANIEL AND. BACKMAN.

VIRO Maxime Reverendo atque Celeberrimo,
**Dn. Mag. JOHANNI GUSTAVO
HALLMAN,**

**S. S. Theologiae DOCTORI, Ecclesiarum quæ Holmiae DEO
in Ladugårdsländet colliguntur, PASTORI Meritissimo,
MÆCENATI & FAUTORI Maximo.**

VIRO Admodum Reverendo atque Praclarissimo,
Dn MATTHIAE GRUNERO,

**Districtus Alandiae PRÆPOSITO Adcuratissimo, nec non PA-
STORI in Saltvijs Dignissimo, uti AVUNCULO & FAUTORI
Propensissimo ita summa animi veneratione colendo.**

VIRO Plurimum Reverendo atque Praclarissimo,
Dn. Mag. DANIELI MANSNERO,
**PASTORI in Lemland & Lumperland Vigilantissimo,
AVUNCULO Optimo,
Omni reverentia suspiciendo.**

NE agre feratis Promotores Fautoresque Ma-
bis adscribere ausus fuerim, verum, ut in
lime obsecro, indefessis suspiriis fausta quevis ap-

**Maxime Rever. Consultissimi, Admo-
Nominum**

*Cultor
DANIEL AND.*

VIRO Consultissimo,
**Dn. ANIFÆ
PARMENT,**
JUDICI Provinciali in Alandia
Æquissimo,
PATRONO MAGNO.

VIRO Admodum Reverendo atque Preclarissimo,
Dn. Mag. JONÆ FRIBERG,
PASTORI & PRÆPOSITO in Jumala Laudatissimo,
FAUTORI Certissimo,
Quavis observantia colendo.

VIRO Plurimum Reverendo atque Preclarissimo,
Dn. JOHANNI GRUNERO,
PASTORI in Haimland & Eckero Dignissimo, CONSOBRINO
Dilectissimo, PROMOTORI Svavissimo, usque ad cineres
amore & honore prosequendo.

ximi ! quod lucubrationes hæc Academicas Vo-
devote observantia documentum accipiatis, humil-
precans fata, quibus ad urnam permanebo
dum Plurimumque Reverendorum
VESTRORUM,

humillimus,
BACKMAN.

Krono Befallningsman

På Åland,

Ädel och Högachtad

HERR DANIEL MANSNERUS,

Min Gunstige Herr Morbror.

SÅ smickrande thet för mig är, at få tekna min Gunstige Herr Morbrors namn på thessa blad och dem min Herr Morbror i ödmiukhet upoffra såsom prof af min wördnads-fulla erkiäntslo , hvilcken så wist skall ouphörligen hos mig finnas , som den födes af minnet af den upricktiga kiärlek , Gunstige Herr Morbror hyft för mina Föräldrars hus , och upeldas af tadt och ofta mig bewista wälgierningar ; så harmsfulla och oroliga finner jag mina sinnen öfwer min oförmögenhet at nu wid få lägligt tilfälle å daga lägga den ynneft Gunstige Herr Morbror mig altid latit påskina.

Trägna fuckar til högden för Gunstige Herr Morbrors wälgång skola dock witna om den diupa wördnad jag aldrig formår yttra , men mig förbinder at in til sidsta anddragten förblifwa

Min Gunstige Herr Morbrors

ödmjuke tjänare ,

DANIEL AND. BACKMAN.

Härads Bokhållaren på Åland

Ädel och Högachtad

Herr ABRAHAM STENBERG,

Min Gunstige Gynnare och Morbror.

Bokhållaren wid Finlands och Ålands Compagnie,

Högachtad

Herr PETTER LINDGREEN,

Min förtrogna Gynnare och Broder.

Handelsmannen i Stapel-Staden Åbo,

Högvalachtad

Herr JACOB GRANBERG,

Min Goda Wän och Gynnare.

DE ynneft prof J Mine Herrar Anförwanter och Gynnare
tid efter annan behagadt mig bewisa, förtiena och sko-
la jämwäl i ett tacksamt sinne altid förwaras , samt
med wördsam wederkiäntlo bemötas.

När jag nu fördristar mig tilegna Eder thetta mitt enfal-
diga Arbete , så skier thet til then ändan , at thet skall witna
om samma min wördnadsfulla erkiäntlo samt uptäcka then
högachtning och tilgifwenhet , med hwilcken jag skyldigast
förblifwer

Mine Gunstige Anförwanters och Gynnares

Ödmjuketjenare;

DAN. AND. BACKMAN.

VIRO Plurimum Reverendo atque P̄eclarissimo,

DN. A N D R E Æ B A C K M A N ,

Ecclesiarum quæ in Föglöö, Kiökar & Sätinga florent,

PASTORI Longe Meritissimo ,

PARENTI Indulgentissimo ,

Omni filiali cultu æterne prosequendo.

A Morem qui in pectore Tuo , Parens Indulgentissime !
nullo non tempore pro natorum ardet salute , Bonitatem
Tuam nunquam satis laudatam , cuius prodigia innume-
rabilia exsisterunt , Benignitatem Tuam , a quodam Parente
usquam exoptandam , que maximis quotidie sese prodit benefi-
ciis , ceterasque virtutes , quibus animus Tuus Patrius exore-
natus est , cum notiores relationesque faciendt mibi supradicta-
verit fortuna opportunam occasionem , supra meam posite sunt
decantationem . Quid ergo faciam ? quo Tuam incomparabi-
lem Bonitatem rependeam Paternam ? Nil habeo quum etiam
verba mibi deficiunt in filiali devotione declaranda . Ad vota
configio . Vigeas Parens Indulgentissime ! in annos etia-
tem humanam longe superantes Vigeas floreasque in Delicium
familie & emolumentum fulcrumque ecclesia ! Sic opto sic vole-
ut fiat , sic indefesse vovebo

PARENTIS Mei Indulgentissimi

filius obedientissimus ,

DANIEL AND. BACKMAN.



I. N. 7.

OPortere omnes scientias felicitatem rationalium pro fine suo ultimo habere, nemo nisi insanus vel plane rudis negare audet; imo easdem rite adhibitas non posse non hancce progenerare, omnibus quibus sanum est sinciput, est in confessio. Occupatae quippe sunt omnes scientiae Philosophicæ in existentium essentiis atque naturis indagandis & perscrutandis, has vero persipientes voluptate affici, ex intuitu & cognitione perfectionum, quas entibus inesse & competere experientur, neminem fugit: Ast status voluptatis constantis ex intuitu perfectionis ortæ felicitatem hominis absolvit (*a*).

Quatenus itaque scientiarum ope perfectiones rerum intuemur eatenus quoque felicitatem nostram per easdem promovemus. Triplicem detegunt scientiae perfectionem, Metaphysicam nempe Physicam & Moralem. Earum quidem perspectio jucunda est; constans vero voluptas veram felicitatem progignens, ex conceptu perfectionis Moralis oritur, quæ in convenientia voluntatis cum optimo consistit.

A

Quan-

(a) *Lud. Phil. Ihümmigii Institut. Phil. Wolf. Tom. II p. 23.*

Quanquam enim consideratio perfectionum Meta- & Physicarum jucunditatem **ex** se gignat qua maxime eximiam ; vera tamen & durabilis voluptas ex iis fontibus frustra exspectatur , nisi perfectio Moralis pro centro earum habeatur (b). Quam etenim decepti fuerunt illi , qui istas indagarunt & hanc neglexerunt , quamque' nucleus amiserunt ejusque loco nuda putamina istis tantum acquiescentes , invenierunt , omnis loquitur experientia totiusque ævi historia.

Si res justa & accurata libretur lance , perfectio Moralis fundamentum vel principium veræ felicitatis salutari meretur . Qvum vero cognosci hæc nequeat sine consideratione perfectionis tam Metaphysicæ qvam Physicæ , sed solida earum perscrutatio , requiratur in ea dignoscenda , eas tantum pensitare necesse est quantum hancce illustrant . Hoc facientes animum liberant ex turbantibus dumis , puta anxiis & nimis scrupulosis Meta- & physicarum perfectionum speculationibus , quæ tribulorum instar fœtum illud semen voluptatem ex scientiis redundantem plane suffocant . Maxime enim hæc inquietant animam , & dolenda hæcce perturbatio nunquam cessat , nisi otium quæratur in perfectione Morali . Hæc namque illas miseras & prementes ærumnas dispellit quam maximas , vehementissimas tempestates placide sedat omnes , solicitudines removet gravissimas & jucunditate quæ usquam a quodam exoptari potuit immo incredibili afficit .

(b) Cfr. Doct. Andr. Rydelli Fornufts Öfningars Förteckn 19. §.

¶ 10 ¶

3

afficit. Hinc ne satis quidem admirari potest eorum dementia qui omne tempus terunt omnemque felicitatem ponunt in solis perfectionibus Meta- & physicis contemplandis absque ulla earum ad praxin applicatione. Metam nempe felicitatem quam anxia quidem cura querere possunt nunquam tangunt, quia mediis huic obtinendæ inservientibus rite non utuntur. Media illa venditamus scientias, veram felicitatem promoventes, si ita adhibeantur, ut una in alteram influat alterique vicissim inserviat. Quænam servire debent & quibus serviendum est, hisce pagellis, Favente Numine monstratum ibo. Quod si meus non valeat calamus, materiæ amplitudini mæque teneritati hocce L. B. adscribas velim.

§. I.

Scientiæ omnes unum constituunt systema & philosophia vocatur. Hanc per complexum scientiarum, rerum naturas ita investigantium ut usus eorum pateat, quantumve felicitati nostræ summæ conferunt perspicientium, definimus cum Reverendissimo B. Rydelio (c). Quia vero aliæ hujus complexus disciplinæ ita rerum naturas exponunt, ut mediate sive indirecte felicitatem intendant aliæ vero eas sic perspiciunt, ut immediate & directe eam progenerent, proin exorta est omnibus literatis decantatissima illa philosophiæ divisio in *Theoreticam* & *Practicam*. Quænam scientiæ ad *Theoreticam* referendæ quæve *Practicæ* annumerandæ sunt, una cumearum

A 2

objectis

(c) Se Doctor A. Ryd. Sömnst. dñi. Söretals 10. §.

objectis prius determinare necesse duximus quam ad illarum mutuae applicationis considerationem nos accingimus.

§. II.

Theoretica ea tradit quae ad felicitatem scitu sunt necessaria & sub se comprehendit *Logicam Metaphysicam* & *Physicam*. *Illi* *objectum* est intellectus in veritate dirigendus : est enim scientia utendi facultate cognoscitiva in veritate investiganda & dijudicanda (d). *Isti* *objectum* vero est omne existens tam materiale quam immateriale : cuius officium est notiones rerum reddere communiores, quatuor constans partibus *ontologia* puta, *cosmologia*, *Psycologia* & *Theologia naturali*. *Hujus* denique *objectum*, sunt corpora omnia. *Activa Philosophia* vero versatur circa agenda ad felicitatem necessaria, abiitque in quatuor singulares disciplinas : 1:mo *doctrinam* mortum universalem cuius *objectum* sunt *generaliores actionum humanarum affectiones*, 2:o *jus naturae* circa quævis officia versans ; 3:o *ethicam* in virtute docenda occupatam ; 4:to *politicam* societatem custodientem. Quando unaquæque ex his, ministerio *philosophiae Theoretice* egeat, nunc infra speciatim ostendendum.

§. I I.

Primum nobis curæ erit, pro modulo ingenii perspicere quid unaquæque *philosophiae Theoretice* pars universalis morum doctrinæ subministrat. Occupata hæc est in iis præfulciendis, ex quibus omnes veritates morales

(d) *Thom. T. I. p. 3.*

* * * * *

rales eruuntur (e). Primum moralitatis principium est libertas. Hinc itaque incipit *universalis philosophia practica* de Actionum humanarum libertate. Libertas ideoque est adstruenda, hoc vero *universalis philosophia moralis* ex propriis principiis non valet, verum ad *Psycologiam* confugere necesse habet: quæ libertatem non tantum ab experientia & certis principiis deducit; verum etiam ira & tam clare delineat, ut moralista exinde fatis colligere queat, quando libertas actionibus adscribenda sit & quoisque se extendat. Nec non definitiones, divisiones & subdivisiones libertatis in generali *morum scientia* maxime necessarias tradit. Actionum humanarum honestati & turpitudini in hocce *philosophiae practicae* prima parte ponderandæ, nec deesse debent omnes *philosophiae Theoreticae* partes *Honestas* enim consistit in convenientia actionum humanarum cum perfectione; opem vero *Metaphysices* ad solidam perfectionis ideam requiri exinde patet, quod posita eadem sit in consensu ipsius determinationum omnium ad finem intentum, determinationes vero istas non posse nisi ex principiis *Metaphysices* cognosci quis non videt? Quod dictum nunc est de honestate id e contrario valet de turpitudine. Deinde si in *morum generali doctrina* demonstrandum sit honestum per se esse petendum & turpe aversandum *Psycologia* consulenda erit; quippe quæ ex principiis evidentissimis probat voluntatem honestum cognitum tanquam perfectionem promovens

(e) M. Fr. Christian. Baum. ELEM. PB. REC. p. 349. po-
sit. X.

movens non posse non appetere & turpe tanquam imperfectiores nos reddens , necessario aversari (f).

§. IV.

Quantum *Philosophia Theoretica* suo influxu illustrat caput de lege naturali nemini in moralibus versato ignotum esse potest. Lex naturæ est decretum numinis hominem ad bonum appetendum & malum averandum ex ipsa illius natura & essentia obligans. Cujus primum præceptum ita exprimi potest ; fac ea quæ te perficiunt , omitte quæ te reddunt imperfectionem (g). Hocce præceptum , naturale esse , probatur optime ex *Psychologia* , quod patet ex iis quæ dicta sunt in §. præc. de honestate & turpitudine , ubi contendimus , voluntatem necessario bonum appetere & malum aversari (h) , quæ voluntatis necessitas ex puris *Psychologicis* principiis tantum deducitur. In demonstranda æternitate & immutabilitate legum naturalium summe necessaria est *Theologia naturalis* , quæ sola attributa & opera DEi explanat & ex ratione evidenter commonstrat decreta Numinis uti omni imperfectione carent ita quoque immunia esse a mutabilitate & finitudine. Præterea quia lex , sine executione nulla , in morum universali disciplina convictum iri debet , DEum legis naturalis conditorem eandem pœnis & præmiis stabiliisse. Neque hic desiderari debet *Philosophia Theoretica* ; optime enim

(f) Quatenus scil. volitiones & aversationes proficiuntur ex judicio pratico : vide Jo. H. Vincl. instit. P. un. §. 727. in P. C. (g) Jo. Ern. Schub. un. P. P. p. 23. (h) M. Fr. Cbr. Baum. Elem. Phbil. Recent. p. 345. §. 2. n. 1.

nim ex attributis divinis in *Theologia naturali* demonstratis præsumitur , summum Numen minime ferre, præcepta sua irrita fieri , verum transgressionem & contemptum eorum ex justitia sua summa vindicare, quantum vero ex unaquaque *Philos.* *Theoret.* parte colligi queat , DEum turpes legem naturæ transgredientes, malis affligere , & honestos eam custodientes egregiis præmiis afficere , passim infra a nobis detegetur. Id nunc breviter dixisse sufficiat , quod *Philosophia activa* ope *contemplativæ* concludere possit , felicitatem nostram summam , magnificentissimum a DEo præmium honestatis præpositum esse & e contrario turpitudinis atrocissimam pœnam infelicitate ei a DEo adjuncta, absolvi (i).

§. V.

Obligatio est combinatio motivorum cum bono volendo & malo nolendo. In perspicio bono & malo subservit nobis *Logica*. In motivis eorumque vi ponderanda maxime requiritur ministerium *Psychologices* , quæ tum in hoc explanando occupatur , tum quid velle &

nolle

(i) *Hoc omnes comprobant scientia, alias tamen prætereo & uno altero verbo saltē dicere aveo quia Log. Metaphysica docent bac in re. Logica calamitatem ex abuso intellectus provenientem clare enodat, Metaphysica principiis Cosmologicis demonstrat, casus evidentes existere quos prævidere non potuimus verum eosdem si boni sint, pro præmissio honestatis si mali pro pœnis turpitudinis salutamus. Physica ostendit neglecta honestatis observantia circa corpus sustinendum, in sanitatem certissimam esse pœnam.*

nolle uberrime monstrat. *Theologia naturalis* probat voluntatem DEi, causam sufficientem omnium existentium in se continere (*k*), inde *generali activa Philosophia* concludere licet, DEum ita essentias rationalium creasse ut bonum affectarent & malum in omni statu & tempore fugerent; *ex his practica illa generalis propositio*, DEus per rationalium essentias ad bonum appetendum & malum averandum obligat. In quem cadat & quo usque obligatio extendatur, determinare debet *Philosophia practica universalis*, quae determinatio felicissime tantum instituitur si ex definitione motivorum ope *Psychologices* concludatur ad eadem, hæc vero conclusio optimè illuminat *Philosophiam morum generalem* in exponenda collisione motivorum & inde orta obligationum.

§. VI.

Evoluta notione obligationis, in *prima practica scientia* enodandum ducimus, ad quod obligamur, quod breviter dictum est *summa felicitas*. Hanc per statum durabilis gaudii vel lætitiae definiunt recentiores (*l*), unde gaudium exoriendum erit, a quo sustentabitur colligere necessum habet moralista ex *Metaphysica*, cuius pars *Psychologia* hocce enodat sufficienter gaudiumque in voluptate vera ex notione veræ perfectionis orta ponit (*m*). Quum vero ad perfectionem hominis requiratur, tam sanitas corporis, quam animi, neminem fugere potest *physices*, corporum naturam explicantis, influxum sive usum æque requiri ac *Metaphysices* in

(*k*) *M. Fr. Chr. Baum. Elem. P. R.* p. 332. (*l*) *Vid. Thym. I. II. p. 23.* (*m*) *M. Fr. Chr. Baum. Elem. Ph. R.* p. 267.

*)o(*

ees infelicitate quærenda. Summum bonum est non impeditus progressus ad perfectiones , secundum Wol-
fium, infernenda via ad hoc pervenendi omnium scien-
tiarum influxum exigit *generalior activa disciplina*. *Me-
taphysica* in anima & *physica* in corpore perficiendo oc-
cupatur. *Logica* illis iterum in veris a falsis dignoscen-
dis subministrat.

Quia vero *philosophia moralis* dicitat virtutem esse
euitissimam viam ad felicitatem consequendam , & omne
impedimentum illius in vitio positum esse , urget , inde
eadem nunc sub ventilatione sumit. Virtus est habitus
actiones suas legi naturæ adtemperandi , vitium habitus
legi naturæ disconvenienter vivendi (n). *Logica* in-
struit hic facultatem cognoscitivam ut præcepta legis
naturæ ad quæ actiones sunt instituendæ , cognoscat,
Metaphysica clare tradit atque informat quomodo facul-
tas appetitiva incitanda est ad virtutem sectandam, neque
hic deesse debet *physica* cuius ope temperamenta perscrutantur , quæ ad varia vitia æque ac virtutes nos proclives reddunt.

§. VII.

Felicitas virtute acquisita consistit in voluptate ex
intuitu perfectionis moralis orta , intuemur vero hanc
ce perfectionem per conscientiam ; quæ est secundum
recentiores , *judicium de actionum liberarum convenien-
tia vel disconvenientia cum lege, institutum*. *Logicam*
itaque quæ est scientia regulas judicandi ratiocinandique
multum conducere conscientiæ notioni evolvendæ per

B

judi-

(n) Schub. un. Pb. P. 225.

judicium definitæ, quis non videt? Post conscientiam declarat *universalis activa philosophia* imputationem. Tum actio imputatur, quando agens ejus, quod existit sive bonum sive malum sit caussa libera esse existimatur (o). Unaquæque pars *philosophia Theoretica* hic detegit suum influxum, quem omnis moralista absque minima meditationum serie invenire potest, nobis vero brevitati studentibus nimis ample foret eundem earum influxum monstrare ob innumerabiles fere circumstantias hocce caput ingredientes.

§. VIII.

Scientia officia quæcunque cum eorum principiis puta legis naturalis præceptis enodans, nomine *juris naturæ* insigniri solet vindicatque sibi in scientiis practicis secundum locum. Tres constituuntur, officiorum classes, quarum illa quæ obligationes erga nosmet ipsos, tradit primatum tenet. Officia in nosmet ipsos, iis absolvuntur actionibus, quas lex naturæ nostri caussa fulcipere jubet. Quia vero eadem lex dictitat, ea esse facienda, quæ nos perficiunt, inde secunda hæcce *præctica disciplina* incipit a consideratione earum actionum ex quibus propria nostra perfectio exspectanda erit. In perficiendo homine ratio habenda est diversi ejus status, interni puta & externi: ad illum referuntur anima & corpus organicum. Hinc videre licet quam necessario egeat *jus naturæ philosophia theoretica*. Cognitio enim animæ ex *Metaphysica* & corporis ex *physica* haurienda est, & sine hac cognitione non potest *jus naturæ* sanas præscribere

(o) *Vincl. Pl. Act. §. 160,*

bere regulas statum internum perficiendi. Neque hic excludetur *Logica*. Per principia enim *Metaphysica* colligit moralista facultatem appetitivam non posse non *recto* tramite dilabi, neglecta facultatis cognoscitivæ emendatione, unde denique summa imperfæctio moralis exsurgeret, a qua abhorret natura nostra, ex his concluditur ad dotem cognoscitivam emendandam obligare legem naturæ. Qua ratione autem illa emendatio feliciter instituenda sit, exponere debet *jus naturæ*, & regulas hanc perficiendi præscribere. Unde vero regulæ istæ desumendæ? unde ratio vel modus ille perficiendi innotescat? nisi ex influxu *logices*. Hæc enim in eo occupatur ut viam ad veritatem pervenienti pandat certissimam, ut facultatem judicandi ratiocinandi egregie illuminet ~~et~~ cumque ita perficiat, ut quid bonum & malumve sit distincte cognoscatur.

§. IX.

Deinde versatur *jus naturæ* in enodanda obligatio-
ne nostra ad voluntatem perficiendam. Hujus perfe-
ctio in convenientia cum optimo consistit. Tum au-
tem cum optimo convenit cum verum bonum affectat
& e contrario verum malum averatur. Hic si influ-
xus Metaphysices desideretur de minus feliori pro-
gressu sibi gratulari potest emendatio voluntatis. Hanc
enim non posse institui incognitis mediis & modis
voluntatem inclinandi, quis nescit? habitum vero
five artem, ut ita dicam, voluntatem inclinandi &
determinandi hauriri non potest nec debet nisi ex
princi-

principiis *Metaphysices*. Occumbit moralistam removere omnia obſtacula quæ perfectionem voluntatis impediunt, quæ præcipue in affectibus conſtare reperitur. Hi emendationem voluntatis ſuffocant niſi compescantur & ſedentur, hoc autem ſine ſolida eorum cognitione non potest fieri, ſed ille qui eos moderari vult neceſſe habet ad *Metaphysicam* conſugere & ex ejus dogmatibus perſpectam ſibi eorum redde-re naturam & deinde ſecundum præſcriptum legis evitare periculofos illos charybdos, in quos perdu-cere ſolent.

§. X.

Ad perfectionem corporis quoque obligat nos lex naturalis: in tradendis præceptis circa hanc obſer-vandis perplurimum *Physica*, *juri naturæ* inſervit. Hæc enim quid ſanum quidve infantum, quid perfe-ctius quidve imperfectius corpus reddit, enodat, unde derum ſecunda pars philosophiaæ Moralis dogma-ta ſua circa corpus fuſtentandum eruit. *Physica* de-tegit tum uſum membrorum tum excellentiam orga-norum, & inde mandat eorundem obſervantium *jus na-turæ*. Ad huc adſtringimur lege naturæ ad ejusmodi actiones edendas quæ ſtatum externum perficiunt. Sub hoc comprehendimus, fortunam, opes & honores. Ad hæc conſequenda neceſſe eſt, ut certum eligamus vitæ genus, quod ducit nos ad eadem. Quantum vero in-terefit ope *Metaphysices* ingenia explorare & adminiculo *physices* temperamenta cognoscere in vitæ generis elec-tione, exinde patet, quod experientia & omnis hi-storia

ftoria eorum produnt insipientiam, qui hoc negligentes invita minerva ad id se applicarunt, quod naturali propensioni adversum fuerit vel ad ejusmodi, quod existioso indulserit genio.

§. XI.

Neque deesse debet *contemplativa Philosophia iuri naturae* officia & obligationes erga alios exposituro. Alios enim perfectiores reddere & in quantum possibile fit promovere eorundem felicitatem, docet *lex naturalis*. Eadem vero ratione alios perficimus ac nosmetipos, emendatione nempe status interni & externi. Ad illum indagandum uti §. VIII. demonstratum ivimus, accuratum animae & corporis scrutinium requiri solet: hoc vero ex *Meta- & physica* expeti debet.

§. XII.

Quod supra de *philosophie theoretice* influxu in *jus naturae* in expositione officiorum circa statum externum observandorum dictum est, hic quoque locum invenit. Præterea alios perficio cum socialiter & amice vivo, inde ad socialitatem & amicitiam obligor. Amicitia autem illa firme & sancte custoditur, quæ provenit ex similitudine morum, ex propensionibus genuinis vel diu radicata consuetudine exoriente: hinc in aëre piscatur ille, qui gratiam vel amicitiam cuiusdam prius aucupatur, quam ope *Meta- & physices* proclivitates & propensiones alterius accurate perscrutatus fuerit.

§. XIII.

§. XIII.

In determinandis obligationibus circa dominium rerum, jus fermocinantium, pretium ponendum &c. affatim se prodit *philosophiae theoretices* influxus, qui tamen totus ex iam allatis patet, quatenus scil. hæc omnes obligationes promanant ex officiis erga nosmetipſos aliosque præstandis; quæ vero hinc non fluunt, deducuntur ex officiis DEO debitibus: illas itaque nunc missas facimus & ad hæc consideranda nunc prius pedem promovemus.

§. XIV.

Officia in DEum, sunt actiones quorum motiva petenda sunt vel ex essentia vel attributis vel deinde operibus Divinis. Horum cognitionem suppeditat nobis nunquam illa satis laudata scientia, quæ nomen *Theologiae naturalis* meretur; *hujus* principiis superstruit *jus naturæ* dogmata sua de DEO, hæc suo per quam necessario influxu caput hocce *juris naturæ* nobilissimum illustrat sola, totamque sustentat religionem naturalem. Ex *hujus* principiis omnes suas eruit *jus naturæ* de DEO positiones, omnes in DEum obligationes ex *illius* dogmatibus demonstrat. Ita utique influit *Theologia naturalis* in *jus naturæ*, ut fundamentum ejus salutari mereatur, quatenus nempe

nempe hoc de Summo Numine agit. Officia jurantium & quoad partem paciscentium ex doctrina de DEO deducuntur , unde nec eorum enodatio omnem desiderat *philosophiae theoreticae influxum.*



Til sin kiära Broder.

J Ag hör min Bror , thet är mig kiärt
Du til Parnassea träder
At lata se hwad du har lärt;
Ty fägn'samt jag nu qwäder.

Du wifar med din unga fiä'r
Thet Band wäl mänge letat,
Hwarmed wijsheten knippad är;
Men få dock rätt har wetat.

Nu får hwar en thet lära , se
Och nyttan theraf taga.
Derför' skall Pallas lön dig gie,
Och Krantzen din tillaga.

Så far förthenskul du nu fort,
At dig bland Muser fälla,
Til thes ditt framsteg blir helt flört.
Then önskan will jag fälla.

A. A. BACKMAN.